Quelle:
Copyright:



figurarum /: Cod: CLXII. n. 2./ nostrum Compendium figurarum moralium; nam quæ ibidem ex prologo Libri manualis, ac introductorii in biblie historias figurasque &c: Freytag producit, in nostro ad verbum usque legere potes. Unde et Antonium de Janua et Antonium Rampegolum non duos, sed unum dicito Scriptorem. Vide etiam Denis Lesefrüchten 1. Th: p: 150.

B

De laudibus B: V: Mariæ.

147a-161b

De laudibus B: V: Mariæ. Titulum libri, fortassis et nomen stupida bibliopegi ascia resecuit; quod reliquum est, sonat: "De XII. proprietatibus celi caput primum." Initium hujus capitis est: "Beata virgo comparatur celo, celum enim dicitur" &c: Comparatur ex in B: Virgo auroræ, soli, lunæ, throno, colubro, elephanti &c: quemadmodum in voluminoso opere De laudibus B: V: Mariæ Richardi a S. Laurentio Canonici Rothomagensis, quod perperam Alberto M: adscriptum inter opera ejus reperitur Tom: XX /: Lugd: 1651:/. Ex hujus operis libb: 7. 8. & 9 &c: præsens opusculum videtur esse compendium, saltem quod spectat ad materiam; eædem enim comparationes, quæ in nostro breviter, in illo fusius exhibentur; unde illi non inepte nomen de laudibus B: V: M: indidisse mihi videor. Balbinus in Bohemia docta, edit: Ungar. part: 3. p: 114. binos ejusdem argumenti memorat tractatus, posteriorem que suspicatur Jacobi de Voragine.